Quòd aliqua perſonarum aliam non excedit magnitudine, quia non eſt maior una perſona alia, nec maius aliquid duæ, quàm una, nec tres, quàm duæ uel una.
Quomodo dicitur pater eſſe in filio, & filius in patre, & ſpirituſſanctus in utroque.
Quòd nulla perſonarum pars eſt in trinitate.
Quare tres perſonæ dicantur ſummè unum.
Cum dicimus tres perſonas eſſe unam ſubſtātiā, vel eſſentiā, nec ut genus de ſpeciebus, nec ut ſpeciē de indiuiduis prædicamus, q̄a nō eſt eſſentia genus, & perſona ſpecies, vel eſſentia ſpecies, & perſonæ indiuidua.
Quòd nec ſecundum materialem cauſam dicuntur tres perſonæ una eſſentia.
Nec ita dicūtur tres perſonæ una eſſentia, ut tres homines una natura, vel unius naturæ.
Vtrū tres perſonę differant in numero, quæ in ꝓprietatibus diſtinctæ ſunt.
Quare tres perſonę ſimul non ſint maius aliquid quàm vna.
Quòd Deus non eſt dicendus triplex, ſed unus.
Diſt.20. ¶Quòd aliqua perſonarum non excellit aliam potentia.
Quòd non minus poteſt filius, quàm pater.
De obiectionibus hæreticis contra hoc, & reſpōſionibus catholicis.
Diſt.21. ¶Quomodo poſſit dici ſolus pater, uel ſolus filiꝰ vel ſolus ſpirituſſanctus, cū ſint inſeparabiles.
Vtrum debent dici ſolus pater eſt Deus: vel ſolus filius eſt Deus: vel ſolus ſpirituſſanctus eſt Deus. An pater eſt ſolus Deus, filius eſt ſolus Deus, ſpirituſſanctus eſt ſolus Deus.
Quomodo trinitas dicatur ſolus Deus, cum ipſa ſit cum ſpiritibus, & animabus ſanctis.
Diſt.22. ¶De nominum differentia, quibus utimur loquētes de Deo.
De his, quæ temporaliter Deo conueniunt, & relatiuè dicuntur.
De hoc nomine, quod eſt trinitas.
De his, quæ temporaliter Deo conueniunt, & nō relatiuè dicuntur.
De his, q̄ propriè ad ſingulas perſonas pertinent & de his, quæ unitatem eſſentiæ ſignificant.
Diſt.23. ¶De hoc noīe, quòd eſt perſona, quod cum ſecūdum ſubſtantiam dicatur: tamen non ſingulariter, ſed pluraliter accipitur in ſumma.
Qua neceſſitate dictum ſit, tres perſonæ a latinis & à Græcis tres hypoſtaſes, vel ſubſtantiæ.
Quare uō dicimus patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum eſſe tres deos, ut tres perſonas.
Cur non dicimus tres eſſentias ut tres perſonas.
Quòd in trinitate non eſt diuerſitas, vel ſingularitas, uel ſolitudo, ſed unitas, & trinitas, & diſtinctio, & identitas.
Quòd non debet dici Deus multiplex.
Diſt.24. ¶Quid ſignificetur his nominibus, vnus uel vna, duo vel duæ, tres vel tria, trinus, uel trinitas, plures uel pluralitas, diſtinctio, uel diſtinctæ, cum his utimur loquentes de Deo.
Diſt.25. Quid ſignificetur hoc noīe perſona in plurali numero, ſcilicet cum dicitur perſonæ.
De triplici acceptione huius nominis perſona in trinitate.
Ex quo ſenſu dicatur, alia perſona patris, alia filij, alia ſpirituſſancti: ſiue alius in perſona pater, alius in perſona filius, alius in perſona ſpirituſſanctus.
Diſt.26. ¶De hoc nomine hypoſtaſis.
De proprietatibus ꝑſonarum, & de nominibus earum relatiuis.
Quòd non omnia dicuntur de Deo ſecundum ſubſtantiam, quædam enim ſecundum relationem, non tamen ſecundum accidens.
Quare dicatur proprium eſſe unigeniti filiū Dei eſſe, cum etiam homines ſint filii Dei.
Quòd homo dicitur filius trinitatis, & trinitas, pater hominum.
Quòd ſpirituſſanctus eadem proprietate donū, dicitur, qua ſpirituſſanctus, & utroque modo relatiuè ad patrem, & ad filium.
Vtrum pater, vel filius, vel trinitas ipſa poſsit dici ſpirituſſanctus.
Quòd non omnia, quæ relatiuè dicuntur, ſuis ad ſe uicem reſpondent uocabulis.
¶Quæ ſint illæ proprietates, quibus diſtinguunt perſonæ. Diſt. 27.
Quòd non oīno eſt idem dicere, eſſe patrem, & genuiſſe, uel habere filium.
Quòd proprietates determinant hypoſtaſes, nō ſubſtantiam ideſt naturam.
De generali regula eorum, quæ ad ſe, & eorum quæ relatiuè dicuntur.
An ſecundum ſubſtanciam dicatur Deus de Deo & huiuſmodi.
¶Quòd nō tm̄ tres ſint proprietates perſonarū. Diſt.28.
An ſolus pater debeat dici non genitus, vel non filius, ſicut dicitur ingenitus.
De proprietate, quàm notat ingenitus.
Reſpōſiōi Ambroſij cōtra Arrianos de ingenito.
An diuerſum ſit eſſe patrem, & filium eſſe.
Si ſapientia genita dicitur ſecundum relationē, vel ſecundum ſubſtantiam.
De imagine.
¶*De principio.* Diſt.29.
Quòd ab æterno pater eſt principium, & filius, ſed non ſpirituſſanctus.
Quomodo pater ſit principium filij, & ipſe cum filio ſpirituſſancti.
An eadem notione pater, & filius ſit principium ſpirituſſancti.
¶De his, quę temporaliter de Deo dicūtur, & relatiuè ſeccundum accidens, quod non Deo, ſed creaturis accidit. diſt. 30.
An ſpirituſſanctus dicatur datum, vel donatum relatiuè ad ſe, cum a ſe detur.
¶An filius dicatur æqualis, uel ſimilis patri ſecūdum ſubſtantiam. diſt. 31.
De ſententia ſancti Hilarii, qua trinitatem perſonarum propriam oſtendit.
Quare patri attribuitur unitas.
Quare pater, & filius dicant eſſe unum, uel unus Deus, ſed non unus.
Quare dicitur æqualitas eſſe in filio.
Quare in ſpirituſſancto dicitur eſſe uirtus, concordia, vel connexio.
¶Vtrum pater, uel filius eadem dilectione ſe diligāt, quæ procedit ab utroq; .i. ſpirituſſancto. diſt. 32.
Vtrum pater ſit ſapiens ſapientia, qua genuit.
An filius ſit ſapiens ſeipſo, vel per ipſum.
An vna ſit tantum ſapientia patris.
Sicut in trinitate eſt dilectio, quæ eſt trinitas, & tamen ſpirituſſanctus eſt dilectio, quæ non eſt trinitas, nec ideo ſunt duæ dilectiones, ita, & de ſapientia.
Quare pater non dicitur ſapiens ſapientia genita: ſicut dicitur diligens dilectione, quæ ab ipſo procedit.

¶Vtrum